

von Exterde, Anthonius Holman; Günther, Graf zu Waldecken  
Meiner Handt, Justus Schefferus sp.

(Aus dem Originale im Archiv.)

**Erste Schulordnung.**

1578.

**Miscellae.**

**Octo omnino classes erunt, scilicet ab octava sursum ad primam usque.**

**Quarum 6. et 5. Item 4. et 3. respondebunt 4. 3. 2. 1. in scholis Hassiacis.**

In quibus interim classibus gradus decuriarum etiam erunt.

Singulis diebus ad quinque horas, nempe mane 9. 12.

1. et vesperi in schola, eta duc duas in paedagogia, continebuntur discipuli.

Exceptis diebus festis et Mercurij.

Semper mane 6. et vesperi 4. docebitur,

Nisi à calend. Octobr. ad Calend. Januar., cum scil. 7. et 3. docendum.

In paedagogijs post matutinam et vespertinam horam continebuntur sola proxima.

Die Mercurij post Meridiem feriae ludendi erunt.

Examen publicum, praeside Rector et tentante classis praefecto, quater singulis annis habebitur, Bis ad mutandas decurias et toties ad mutandas classes.

Illud calend. Julij et Decembris, hoc antem calendis april. et septembr.

Deinde post examina feriae aliquot dierum, in quibus recitationes dialogorum et vergili tanquam ludi, Item declamationes Latinae, Graecae et Hebraicae, non solum prosa, sed et versibus habebuntur.

Disputationes de thesibus ethicis et physicis singulis mensibus erunt.

Rector et corrector jus virgae habebunt. Caeteri autem non nisi ferularum.